



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

S. Odilo Abbas. Cura defunctorum

[Köln], [1654]

SS. Marcellinus & Petrus. Contemptu vitæ temporalis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71907](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71907)



SS. MARCELLINUS & PETRUS.

Contemptus vite temporalis.

Deus, qui Sanctos tuos MARCELLINUM & PETRUM, pro amore vite æternæ, fecisti contemnere temporalem; da nobis eorum exemplo meliora desiderare, & obtinere desiderata.

Ora pro inimicum mortem timentibus.



Diocletiano & Maximiano Christi Ecclesiam persequentibus, post annum 300, carcere Romano vincetus tenebatur **PETRVS** Exorcista. Hic, cum sui custodis Arthemii filiam Paulinam à dæmonio liberasset, ipsum cum uxore Candida, familiaque & vicinia capitum 300, Christo acquisivit, & baptizandos stitit **MARCELLINO** Presbytero. Ea re cognita comprehensus est Arthemius, cum filia & uxore, à Sereno Præfecti urbis Vicario: qui post tormenta varia, **MARCELLINO** & **PETRO** frustra adhibita, capitalem in eos pronuntiavit sententiam; quam eodem in quo S. Tiburtius cæsus & sepultus fuerat loco sustinuerunt, postquam ibidem Arthemius gladio plexus, Paulina & Candida lapidibus obrutæ, coronam accepissent, via Lavicana milliario tertio. Ibidem postea super eorum corpora ecclesiã fecit Constantinus, quam Papa Damasus ornavit versibus: ipsa vero inde anno 826 ablata, & ad Eginhartum, Seligenstadiensi in Franconia monasterio ornando intentum, de vecta sunt.

Esto fidelis usque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. Apoc. 2.